Inter illas multiplices reipublice curas, quibus affidit mens nostra distractitur, multa consideratione necessarium fore prospexit nostra sublimitas, ut faci imperij principes electores, ad tractandum de ipsis imperiis, orbisq; salute, frequentius solito congregentur, qui solide bases imperij, & columnae immobiles quemadmodum per longinquas ad inuicem terrarum constitutis distantias, ita in incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus, refere simul & conferre nouerunt sanisq; prouidentie sive confilii non ignorant, accomodis talium reformationibus salubriter opem dare, hinc est q; si solemni curia nostra, in Nurenberg cum uenerabilibus, ecclesiasticis, & illustribus secularibus, principibus electoribus, & multis alia principibus, & procuribus per nostram celsitudinem celebrata, habita cu*e* istud principibus electoribus deliberatione, & de ipsorum consilio pro bono, & salute communis, cum dictis principibus electoribus, iam ecclesiasticis, & secularibus, duximus ordinandum. Quod idem principes electores de cetero per singulos annos simel transactis, a festo resurrectionis dominice, quatuor septimanis continue numeratis, aliquia ciuitatum sacri imperij, personaliter congregentur, & idem tempus proxime afluuntur seu anno presenti, colloquium seu curia & congregatio huiusmodi in ciuitate nostra imperiali. Meantem per nos & eisdem principes celebrant, ac tunc, & deinceps die quoilibet congregationis huiusmodi locus per nos quo sequenti anno conuenient, ipsorum consilio statuant, hac nostra ordinatione, ad nostrum & ipsorum duxit at benplacitum duratur. Quia durante ipsos sub nostro imperiali conductu recipimus, ad dictam curiam accedendo, stante ac etiam recedendo. Preterea ne tractatus communis salutis, & pacis, perpetratum, & moram solaci, seu excessiu[m] frequentat[em] onem coiuiri, retardetur ut aliquando fieri est conuentum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia, seu congregatione prefata durante, generales omnium principum celebrare alium non licet inuitatas. Particulares uero que agendorum expeditione non impediunt, cum moderamine sint permisiles.

G Reuocatoria priuilegiorum.

Preterea statuimus, & hoc imperiali perpetuo sanctius edito, q; uniuersa priuilegia, & littere q; busq; personis, cuiuscumq; status, preeminentie, uel dignitatis existant, seu ciuitatum oppidoru[m], & quorumlibet locorum, uniuersitatibus, super quibusq; iuribus, gratis, emuniatisbus, conueniatisbus, seu rebus alijs, etiam proprio motu seu alias a nobis, uel recolide memorie diuisi Rhomanorum Imperatoribus, & regibus, predecessoriis nostris, sub quibusq; uerbiorum tenoribus concessa, & concessisse, seu a nobis, uel successoriis nostris, Rhomanoru[m] Imperatoribus, & regibus, futuri temporibus concedenda, seu concedende, nō debet, aut possint libertatibus, iurisdictionibus, iuribus, & honoribus, seu dominis principum electorum sacri imperij ecclesiasticorum, & secularium, aut aliquis ipsorum in aliquo penitus derogare. Etiam in talibus priuilegijs, & litteris quarumlibet personarum cuiuscumq; preeminentie, dignitatis, aut status extiterint, ut preferatur, seu uniuersitatibus huiusmodi expressati, ut fuerit in futuri q; reuocabilia, seu reuocabiles esse nō debant, nisi de ipsis, & toto in eis comprehensu tenore, in tali reuocatione fieret de uerbo ad uerbi, seriatim metio specialis, huiusmodi nāc priuilegia, & litteras, si & in quantu[m] libertatibus, iurisdictionibus, iuribus, & honoribus, seu dominis, que superioris exprimitur dictorum principum

principum electorum, aut aliquis ipsorum derogare, uel obuiare censem, i aliquo, quo ad hoc reuocamus ex certa sententia, & casuum, reuocataq; & reuocatas intelligi, reputari, & haberri decernimus, de plenitudine imperatoris potestatis.

G De his, quibus ut indignis, afferuntur bona feudalia.

In plurimis ptibus, uafalli, & feudatarij dominorum feuda, seu beneficia que a dominis ipsis obtinēt interpestue, verbaliter, & in fraude renunciant, seu resignant eadē, & facta resignatione huiusmodi, dominos ipsos malicie dissidant, suscipi intimitias eis denunciant, dāna ipsis subsequenter grauia inferendo, & beneficia seu feuda sic relata pretextu guerre, seu iniuriae iterum inuadunt, & occupant, & detinent occupata, ea propter presenti constitutione in perpetuum ualitatem sancimus, q; talis resignatione seu renuntiatio haberi debet, pro nō facta, nisi libere & realiter facta fuerit, per eosdem, ita q; posse illi beneficiorum, & feudorum huiusmodi, dominis ipsis corporaliter & realiter assignetur, in tantum, q; nullo unq; tempore dissidates ipsi in bonis feudiis, seu beneficiis resignatis, dominos ipsos perturbant, per se, uel alios, aut molestent, nec ad hoc consilium preuent, auxilium, uel fauorem, Contraria faciens seu dominos ipsos in beneficijs, & feudiis resignatis, uel non resignatis inuadens, quolibet, uel perturbans, uel dāna ipsis inferens, seu consilium, auxilium, prestans, talia facientibus uel fauorem, feuda & beneficia huiusmodi eo ipso amittat, infamis existat, & dāno imperiali subiaceat, & nullus ad feuda uel beneficia huiusmodi patet ei, de cetero quoctq; tempore aditus uel regresus, nec de novo concedi sibi ualeant, illo mō & facta eis contra hoc illorum concessio, seu in uestitura sequuta uiribus non subsistat. Postremo, omnes personas predictas, illos, uel illum, qui predicta resignatione non facta contra dominos iusos fraudulenter agentes, uel agens scienter eos inuaserint, uel inuaserit, diffidatione quauctq; preua, uel obmissa nigore preuentis sanctionis incurret decernimus ipso facto,

G De conspirationibus.

Dicitur etstandas preterea & sacris legibus reprobatas conspirationes, & conuenticulas, seu colligations illicitas, in ciuitatibus & extra, uel inter ciuitatem, & ciuitatem inter personam, & personam, seu inter personam, & ciuitatem, pretextu parentele, seu receptionis in ciues uel alterius ciuitatis coloris coniurationes, in sup cōfederationes, & pacia, necnon, & cōfuetudinem circa huiusmodi introductū, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa scientia irritamus, quas ciuitates seu personae cuiuscumq; dignitatis, seu conditionis, aut status, siue inter se, siue eum alijs absq; auctoritate dominorū, quorum subditis, uel ministeriales, seu in quorum districtu cōsistunt, eisdem dominis nominatis non exceptis fecerint hactenus, & facere presumperint in futuro, sicut eas per sacras diuorum augustorū predecessori nostrorū, leges prohibitas nō ambigunt, & cassatas illis cōfederationibus, & legibus duxit at benplacitum exceptis, quas principes, & ciuitates, ac alij sup generali pace prouinciarū, atq; terrarū in eis se firmasse noctū. Illas enim nostre declarationi specialiter referuata, in suo decernimus uigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum, personam singularē, que de cetero contra tenorem presentis

Caroli quarti Romanorum Imperatoris

presentis constitutionis nostre, & legis antique, sup hoc
edita consideratio, colligatio, cōpiratio, & pacta
huiusmodi inire presumperit, ultra penā legis eiusdem, no-
tā infamia, & penā decē librarū auri ciuitate, uel uniuersi-
tatem in hanc legē nostrā similiter cōmittent, centum
librarū auri, nec non amissionis, & priuationis liberta-
tum, & priuilegiorū imperialium, poenas incurrere decer-
nimus, eo ipso, medietatem peccati huiusmodi pecunia-
ria fisco imperiali, Reliqua uero domino distictus in
cuius preiudicium facte fuerint applicanda.

De psalburgerijs

Ceterū, quia nonnulli ciues, & subditi principiū, baronū, & aliorū hominū, sicut frequens ad nos querela perduxit, iugis originari subfectionis querentes abijcere, immo ausu temerario cōtententes in aliarū ciuitatū ciues se recipi se procurant, & frequentius in preterito procurarunt. Et nihilominus in priorū dominorū, quos talis fraude presumperit, uel prelūmū, deferere terris, ciuitatibus, & opidis, ullis, corporaliter resideret, ciuitatū ad q̄s hoc modo se transferunt libertatibus gaudere, & ab eis defensari cōtententes, qui in partibus almañ psalburgerijs, confuerit, vulgariter appellari. Quoniam igitur parocinari non debent alicui, fraus & dolus, de imperatori potestatis plenitudine omnū principiū electorū ecclesiasticorū, & seculariū, sane accedente concilio, ex certa scientia statuimus, & presenti lege perpetuo ualitatem sancimus, q̄ predicti ciues & subditi eis, quibus subsum, taliter illudentes in omnibus terris, locis, & prouinciis facri imperiū a presenti die, in posterū, ciuitatū in quaūciues tali fraude recipi se procurant, uel haec tenus procurarunt, iuribus & libertatibus, in nullo potuerint, nisi ad huiusmodi ciuitates corporaliter tranfuentes, ibiq̄ larem souentes cōtinue, ac uere, & non ficte, residenter facientes, debita onera, & municipalia subeant in eisdē. Si qui uero contra presentis nostre legis tenore recepti sint, uel fuerint, in futuri illorū recep-
tio omniū careat firmitate, & recepti cuiuscunq̄ dignitatis, condicōnis aut status existant, in nullo casu, penitus sine causa ciuitatū, ad quas se recipi procurant, iuribus uel libertatibus gaudent quomodolibet, uel fruantur. Non obstantibus ciuitatēs iuribus, priuilegijs, uel cōsuetudinibus obseruantur quantoq̄ ipse & obentis. Quas, & que, in quantū presenti nostro legi obuiāt, presentibus ex certa scientia retocamus, de predicti imperialis plenitudine potestatis, omnīq̄ carere decetimū robore firmatis.

Circa premissa omnia principiū, dominorū, & aliorū huiusmodi, quos taliter deserit comitit, uel contingit in posterū, iuribus circa personas, & bona subditorū quo-
rūcunq̄ ipsos supradicto modo deferentū semp̄ saluis, hos nihilominus, q̄ sepe dictos ciues, & subditos alienos recipere contra presentis nostre legis dispositionem presumperint, recipere in preterito presumperūt, si eos omnino non dimiserint infra menem, post intimatio-
nē presentiū eis factā, centū marcas auri pro transgresio-
ne huiusmodi, totiens, quotiens, deinceps factū fuerit
incurrere decernentes, quarum medietas imperiali fisco nostro, reliqua uero dominis illorum qui recepti fuerint irremissiblēs apliceatur.

De diffidationib⁹

Eos qui de cetero aduerlus aliquos iusta diffidatio-
nis causam se habere fingentes, ipsos in locis, ubi
domicilia non obuent, aut ea cōmunitate non in-
habitante, intēpētive diffidant, declaramus damnata que-
cunq̄ per incendia, spolia, uel rapinas diffidatis ipsiis cū
honorē suo inferre non posse. Et quia patrocinati nō de-

bent alicui traus & dolus, presenti constitutione in per-
petuū ualitatem sancimus, diffidantes huiusmodi quibus
cunctis dñis, aut personis cū quibus aliqui fuerint in so-
cietate, familiaritate, uel honesta quauis amicitia cōuer-
sari, sic factas, uel fiendas in posterū, non ualeat, nec li-
cerē pretextu diffidationis cuiuslibet, quemq̄ inuadit
per incendia, spolia, uel rapinas, nisi diffidatio per tres
dies naturales ipsi diffidando p̄sonaliter, uel in loco quo
habitate confuerit, publice fuerit intimata, possitq̄ de
intimatione huiusmodi, per testes idoneos fieri plena si-
des, quisquis secus quampli diffidare, & inuadere mo-
do premilo presupserit, infamia eo ipso incurat, ac si
nulla diffidatio facta esset, que etiam tanq̄ prodiorem
per quocunq̄ iudices penis legalibus statuimus castiga-
ti. Prohibemus etiā, & damnamus uniueros, & singu-
las gueras, & litas iniustas, cuncta quoq̄ iniusta incen-
dia, spolia, & rapinas, indebita, & inconsueta telonea,
& conductus, & exactiones pro ipsis cōductibus exor-
queri confuetas, sub poenis, quibus sacra leges premista
& eorum quodlibet sanciunt punita.

Littera intimationis pro electione regis

Romanorum fienda,

Vobis illustri, & magnifico principi .N. mar-
chioni Brandeburgen, facti imperij archicamera
rio electori, & amico nostro charissimo electio-
ne Romanorū regis, que ex rationabilibus causis immi-
net, facienda, presentibus intimamus, uosq̄ ex offici-
uelti debito, ad electionem prefata rite vocamus, qua-
tenus ac die tali, &c. infra tres menses continue numerā
dos, per uos, seu nuncios, aut procuratores uestris, unit
uel plures, sufficiens mandati habentes, ad locū debitu-
tuxia formā sacrarū legū, super hoc ediditū uenire cure-
tis, deliberauit, tractatur, & concordarūt, cū alijs cō-
principibus, coelectoribus uestris, & nostris, de electio-
ne futuri regis Romanorū, in imperatori possumodum
fauē dño promouendū, in eodē manūrū usq̄ ad plenā
consummationē electionis huiusmodi, & alias facturi,
& processū, prout in sacris legib⁹, super hoc delibera-
te editis inueniunt exp̄sū, alias nō obstante uestra,
seu uestrorū absentia in premisis una cum alijs cōprinci-
pibus & electoribus uestris, & nostris, prout legū ipsa-
rum sanxerit auctoritas finaliter procedamus.

SForma procuratorij mittendi per eū prin-
cipem electorem, qui nuncios suos ad ele-
ctionem faciendam duxerit destinandum.

NOs talis dei gratia, &c. sacri imperij, &c. notum
facimus tenore presentium unueris, quod cum
electio Romanorū regis ex rationabilibus causis
immet facienda, Nos de honore & facti imperij solli-
citudo, debita intendere cupientes, ne tam graubus
& dispensis periculose subfaceat, de fide, & circumspe-
ctionis industria electorū nobis talis. &c. fidelium no-
strorū obtinentes, utiq̄ presumptionis indubie, singula
rem fiducia, ipsos, & quilibet ipsorū, insolū ita q̄ nō
sit melior conditio occupantis, sed quod unū per eorum
inceptū fuerit per alium finiri ualeat, & licet terminari,
omni iure, modo, & forma, quibus melius & efficacius
possumus, seu volumus, modos ueros, legitimos pro-
curatores, & nuncios speciales, facimus, constitui-
mus, & ordinamus, ad tractandū ubilibet, una cū alijs principi-
bus, & electoribus nostris, tam ecclesiasticis, & seculari-
bus, & cū ipsis cōcordantū, & cōuenientiū, & cōclude-
nti de plena quacūq̄ habili, ac idonea in regem Roma-
norū eligenda, ac ipsis tractatibus super electione talis
personē

Aurea bulla. fo. CCXCVI

personae habendis, pro nobis loca, & nomen, nostris interessendum personam nominandum, & in ipsum consentiendum, ac etiam in regem Romanorum promouendū ad sacrum imperium eligendum, ac in animam nostrā prestantum, quodcūq; iuramentum necessarium, debitum, seu consuetū fuerit circa premiſſā, & quolibet premiſſorum, alium uel alios procuratores, in solidū subſtituendum, & reuocandum omnia alia, & singula faciendum que in premiſſis, & circa premiſſā etiam usq; ad confirmationem tractatum nominationis, deliberationis, & electionis huiusmodi, de prelenti faciendo necessaria, aut utilia fuerint, seu etiā quomodolibet opportuna etiam si premiſſā, uel eorum quolibet mandatum exigant speciale, etiam si maiora uel magis singularia fuerint supra dictis, & que nosmetipſi facere possemus si huiusmodi tractatum, deliberationis, nominationis, & electionis futurū negotijs presentes, & personaliter adessemus, gratum & ratum habentes, & habere uolentes, & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos procuratores, & nuncios nostros, nec substitutos, aut substituendos ab ipsiſ, seu eorum altero in premiſſis seu ipſorum quolibet actum, gestum, seu factum fuerit, aut quomodolibet ordinati.

De unione principatuum electorum & iurium eis connexorum.

CVM uniuersi & singuli principatus, quorum uite seculares principes electores, ius & uoce in electione regis Romanorum in Celerem promouendi obtinere noſcuntur, cum fore huiusmodi, necon officijs, dignitatibus, & iuribus alijs, eis & cuiilibet eorum annexis, & dependentibus ab eisdem, adeo coniuncti & inseparabiliter sint uniti, quia ius, uox, officium, & dignitas, aliqui ſura & quemlibet principatū eorundem ſpectantia, cadere non poſſint in alium, preter illum, qui principatum ipſum cum terra, uafallagīs, feudiſ & dominij, ac eius pertinetijs uniuersiſ dinoſciuntur, poſſidere, prelenti edito imperiali perpetuo ualitu to ſanciuntur, unumqueq; principatum predictorum, cum iure & uoce electionis, ac officijs, ceterumq; omnibus dignitatibus, iuribus, & pertinentijs ad ipsum ſpectantesita peruerare, & eſe debere, una cum perpetuis temporibus, indiuitiblere, & coniunctim, q; poſſet for principatus cuiuilibet, etiam in iure uocis, officij, dignitatib; & pertinentiarum omnium ad illū ſpectantium, quia debet & libera poſſeffione gaudere, & princeps electus ab omnibus reputari, ipſeq; & ne- mo alijs, per ceteros principes electores ad electionem & omnes actus alios, pro faci imperij honore, uel oportunitate gerendos, omni tempore afflumiſ sine contradictione qualibet, & admitti, nec aliquid premiſſorum ab altero, cum ſint, & eſe debeat inſeparabilita, diuidi uel ullo tempore debeat separari, aut in iudicio, uel extra diuīſim repeti ualeat, uel euinciri, uel etiam per ſententiam separari, nec aliquis unum, ſive alio imperens audiatur q; ſi per errorem uel alias auditus quis fert, aut processum iudicium, ſententia, uel aliquod huiusmodi contra prelentem diſpositionem nostram emanauerit, ſeu quomodolibet attentare contigerit, hoc totū & omnia ex hijs, & quolibet corum ſequentia, eo ipso, uiribus non ſubſtant.

De ordine processionis inter archiepiscopos.

QVONIA autē ſuperius in principio constitutioni noſtrarū preſentū, circa ordine ſectionis ecclieſ ſtiorū principū electorū, in concilio & in men-

ſa, & alias, quoq; imperiale curia celebrari, ſeu princi- pices electores deinceps cum imperatore, uel rege Ro- manorū congregare contigerit, ſufficienter duximus pro uidentum, ſuper qua primitis audiuimus temporibus plures diſceptati, expedire credimus, etiam processio- nis & deambulatiōis inter eos ordine diffinire. Quapropter hoc perpetuo imperiali edito decernimus, ut quo- tientur in congregatione imperatoris uel regis Ro- manorū, & principū predictorum, imperatore, uel rege ipſo deambulante, Inſignia ante faciē eius portari con- tigent, archiepiscopus Treueren, in directa diametrali linea ante imperatore, uel regem transeat, illiq; ſolime- dij inter eos ambulent, quos imperialia, uel regalia con- tingent inſignia deportare. Dum autē imperator, uel rex, ab illici inſignijs eisdem incerit, exiit idem archiepiscopus imperator, uel rege, prefatu modo precedat, ita q; nemo penitus inter eos medijs habeat, alij duobus archiepiscopis electoribus, loca ſua iuxta diſtinctione prouinciarum ſtarū, circa ſectionē ſuperius declaratam, etiam circa processionem perpetuo ſeruantur.

De ordine processionis principū electo- tum, & per quos inſignia deportentur.

AD declarandum autem in imperatoris, uel regis ordinē principū electorū (de quoq; ſupra feci- mus mentionē) ſtatutus, ut quoq; in celebra- tionē imperialis curiae principes electores cum impe- ratore, uel regi Romanori, in quibuscumq; actibus, uel ſolennitatibus processionaliter ambulare contigerit, & imperialia, uel regalia debuerint inſignia deportari, dux Saxonie imperiale, uel regale enitem deferens, impe- ratore, ſeu regem immediate precedat, & inter illum & archiepiscopū Treueren medius habeatur, Comes uero palatinus pomū imperiale portans, a latere dexte- ro, & marchio Brandenburgen ſceptrum deferens, a fi- niſtro latere ipſius ducis Saxoniæ linealiter gradiantur. Rex autem Bohemiae, imperatore, ſeu regem ipſum, immediate nullo interveniente ſequatur.

De benedictionibus archiepiscoporum, in preſentia imperatoris.

QVOTIES in ſup, in imperatoris, uel regis Romanorū preſentia, miſtrū ſolennia celebrari, ac Magun- tinen, Treueren, & Colonien archiepiscopos, uel duos ex eis adiſe contigerit in confiſſione, que ante miſſam dici conſuevit, ac in porreſtione euangelij oſcu- landi, & paci post Agnus dei, portanda necon in be- nedictionibus, poſt finita miſtrū ſolennia, ac etiam ante miſſam faciendis, & in gratijs poſt cibum accepti agendis, ſi inter eos ordo ſeruerit, prout de ipſorum co- cilio duximus ordinandum, q; prima die hec omnia, & ſingula a primo, ſecunda die a ſecondo. Tertio uero die, a tertio peraganur, prium autem ſeu ſecundum, uel tertium, hoc caſu ſecundum q; prius, uel posterius, quilibet eorum confeſſor exiſtit, debere inteligi declaramus, & ut ſe inuicem honore condigno preueniant, & exemplum alijs prebeant inuicem honorandi is quem circa premiſſā ordo tetigerit, ad hec alterum conſueſtia & charitatiua inclinatione inuitet, & tunc demū ad pre- miſſa procedat ſeu quolibet premiſſorum,

TSi quis cum principibus, militiis, uel priuatib; ſeu quibuscumq; perfonis plebeis, ſeleafam ſactionē, aut fa- citionis ipſius inierit ſacramentū, uel dederit conciliū, in necem uenerabilium, & illuſtrium principum noſtrorum & ſacri Romani imperij, tam ecclieſ ſuorum q; ſecu- larium principū electorum, ſeu alterius eorundem,

nam

Caroli quarti Romanorum Imperatoris

nam & ipsi pars corporis nostri sunt, eadem enim securitate voluntatem sceleris qua effectum puniri iura uulneris ipse quidem (ut pote maiestatis criminis lege retus) gladio feratur, bonis eius omnibus sionostro adiecit. Filij vero eitis (quibus uitam imperiali specialiter benignitate) coedimus. Paterno enim perire deberent supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii terminis menuuntur, exempla a materna, uel aucta omniu[m] etiam proximiori hereditate & successione habeantur alieni. Et testamentis extraneorum nihil capiant, sine perpetue egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper contetur, ad nullum unius honoris, nulla proslus sacramenta perueniant. Sint postremo tales ut his perpetua egestate sororibus, sit & mors solacium, & uita supplicium, Deinde iubemus eos esse noctatos, sine uenia, q[ui] pro talibus unius apud nos interuenire tentauerit. Ad filias sane eorum quolibet numero fuerint, falcidia tantu[m] ex bonis matris, siue reflata siue intellata defecerit, volumus peruenire, ut habeant mediocrem potius filii alimoniam, q[ui] integrum emolumenū, ac nomine heredis consequuntur. Mitor enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus auras esse confidimus. Emancipationes quoq[ue] q[ui] a predictis, siue in filios post legē duntaxat latam, siue in filias fuerit collata, non ualeant, doles, donations quarumlibet postremo.

CItem alienationes, quas ex eo tempore qualibet fratre, uel iure factas esse conriterit, quo primo memorati de inunda factio[n]e, ac societate cogitauerint, nullius statutum esse momenti. Vxores sane predictorum reciperata doce, si in ea conditione fuerint, ut que a uiris, cito donationis accepterint, seu accipiunt, filii debent resuare, tempore quo usus structus absumitur, omnia ea filio nostro se reliquias esse cognoscant, que iuxtaglege filii debabantur, falcidia etiā ex his rebus, filiabus tantum, non etiam filiis depuetur, id quod de predictis eorumq[ue] filiis cauimus, etiā de satellitibus, consicij, ac ministris filiisq[ue] corum simili severitate censimus. Sane, si quis ex his, in exordio in factio[n]is, studio uelandis ac census, ipsam prodiderit factio[n]em, & primo a nobis, & honore donabatur. Is uero q[ui] usus fuerit factio[n]e, si uero, uel cū incognita adhuc conciliiora arcana patefecerit, abolitione tamen ac uenia dignus habebis, Statutus insuper, ut si quid curia predictos principes electores, ecclesiasticos, uel seculares commissum dicatur, etiā post mortem ei, id crimen instaurari posse. In hoc itē crimen, qd ad lesam in principibus electoribus suis maiestatem pertinet, etiā in caput domini serui torquemur. Volumus insup. & presenti imperiali sancimus edicto, ut etiam post mortem nocentis, hoc crimen inchoari possit, ut cōdicto mortuo memoria eius dānetur, & bona eius successoribus eius eripiantur; Nam ex qua sceleratissimum quis ceperit consilii, exinde quodammodo suamente priuat us. Porro ex quo quis tale crimen contraxit, neq[ue] alienare, neq[ue] manumittere eum posse, nec ei soluere iure debitorem in hac causa. In caput domini seruos torq[ue] statutimus, id est propter caufam factio[n]is dāndam, contra principes electores ecclesiasticos, & seculares ut premittitur. & si deceaserit quis, propter incertam personam successoris bona obseruentur, si in causa huiusmodi fuisse mortuus arguantur.

De integritate principiatum electorum seruanda.

Si ceteros principatus congruit in sua integritate seruari, ut corroborentur iustitia, & subiecti, fideles pace gaudent, & quiete, multo magis magnifici principatus, diuina, honores, & iura, electorum principū,

debet illa seruari. Nam ubi maius incumbit periculum maius debet remedium adhiberi, ne columnis ruentiibus, basis totius edificij collidatur. Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus ualitudo imperiali sancimus edicto, q[ui] extinc, in ante a perpetuis futuris temporibus, insignes & magnifice principatus, uidelicet regnum Bohemia, comitatus palatinus reni, ducatus Saxoniae, & marchionatus Brandenburgi, terre districthus, boemia, uallagia, & alia queuis, ad ipsa spectantes, secundum diuidi, seu quatuor conditio[n]e demembrari non debeant, sed ut potius in sua pfecta integritate perpetua permaneant, primogenitus filius succedar in eis subiecti soli ius, & dominium operat, nisi forte mente captus, fatus, seu alterius famosi, & notabilis defectus existenter, propter quem non debent, seu posset hominibus principari in quo calu[m] inibi successione, secundo genitu si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, seu con sanguinitati laici, q[ui] paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum. Qui ramen apud alios fatres, & sorores se clementer, & pium exhibebit continuo iuxta datam sibi a deo gratiam, & iuxta suum beneplacitum & ipsius patrimonij facultates diuisione, scissione, seu dismembratione principatus, & permanentis eius sibi omnibus modis interdicta.

De curia imperiali & sessione,

Die uero quā solemnis curia imperialis, uel regia celebranda, ueniant circa horā principes electores, ecclesiastici, & seculares ad domum habitationis imperialis, siue regalis, & ibi imperator, uel rex ipse omnibus insignijs imperialibus induetur, & a censu equis omnes uadant cum imperatore, uel regie, ad locum sessionis aptare, & ibi quilibet eorum in ordine, & modo supra in lege de ordine processionis principiū electori plenius diffinito. Portabit etiam archicanellarius, in cuius archicancellariatu hoc fuerit sup baculo argenteo omnia sigilla, & typania imperialia & regalia, seculares uero principes electores, (cepit, ponit, & ensem, secundū q[ui] superius exprimitur deportabunt, portabunt etiā immediate ante archiepiscopij Treveren, suo loco transire, primo Aquitani, secundo media lanē Corona, & hocante imperatore ditur at qui iam imperialibus est in fuli decoratus, quas gestabunt aliqui principes inferiores, ad hoc per imperatore iuxta placitū deputandi, imperatrix etiā, uel regina Romanorum suis augustaliibus, amictā insignijs post regem uel imperatorem Romanorum, & etiā post regē Bohemiae (qui imperatorē immediate subsequitur), cōpetentis spaciū inter uallos suis associata proceribus, siueq[ue] comitata uirginibus, ad locū sessionis procedat.

De officijs principū electorū in solennibus curijs imperatorū uel regū Romanorū.

STatuimus, ut quandoconq[ue] Imperator uel rex Romanorum, solennes curias suas celebraverit, in quibus principes electores sua deferuntur, seu exercere debent officia, subscriptus in his ordo seruerut. Primo enim imperatore, uel rege ipso, in fede regia, seu folio imperiali sedente, dux Saxoniae officium suum agat, hoc modo. Ponetur enim ante edificium sessionis imperialis, uel regis, acerius aenæ tante altitudinis, q[ui] pertingat, usq[ue] ad pectus, uel sellam equi, sup quo fedebit ipse dux, & habebit in manu baculū argenteū, & mēsurā argenteā, q[ui] simul faciat i pōdere duodecim marcas argenti, & sedes sup eū, primo mensurā eandem de hauenae plena

Aurea bulla. Folio. CCXCVII

plena accipit, & famulo primitus uenient ministeriis eandem quo facto, figendo baculum in hauenam recedet, & vice marshalcus eius, puta de papenheym, accedens uel eo absente, marshalcus curia, ulterius hauenam ipsam distribuat. Ingresso uero imperatore, uel regae mensam, principes electores ecclesiastici uidelicet archiepiscopi, stantes ante mensam cum ceteris prelatis, benedicant eandem secundum ordinem qui circa hec eis in superioribus est prescriptus, & benedictione completa, iudicem archiepiscopi omnes (si alii) aliquando duo uel unus sigilla, & typaria imperialia, sive regalia, a cancellariis curiae recipient, eorum in cuius archicancellariatu curiam ipsam celebrari contingat in medio procedente, & alijs duobus ex alteruoro lateri sibi iunctis sigilla, & typaria ipsa, omnes quidem baculum in quo suspensa fuerint manibus contingentes, ea portabunt, & ante imperatorem, uel regem reuerenter ponent in mensa. Imperator uero, sive rex, eadem ipsis statim restitut, & in cuius archicancellariatu hec fuerit, & prefertur, is maius sigillum collo appensem, usque in finem mensae gerit, & deinceps donec ad holopiscum suum perueniat ab imperiali sive regali curia equitando. Baculus uero, de quo premititur, esse debet argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere, cuius tam argenteis quam pretiis partem tertiam, uniusquisque archiepiscoporum ipsorum perfoluerit, & baculus ipse, proximus una cum sigillis, & typariis debet cancellario imperiali curiae assignari, in usus suos placitos conuertendo. Postquam autem is, quem ordo tercigerit portando sigillum maius, ab imperiali curia ad holopiscum suum redierit, ut prefertur, statim sigillum ipsum per aliquum de suis familiaribus predicto imperialis curiae cancellario remittet super equo, quem iuxta propriam dignitatem decentiam, & amorem quem ad cancellarium curiae gererit, ipsi cancellario tenebit elargiri, deinde marchio Brandenburgi archicamerarius accedit super equo, habens argenteas pelues, cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium, & descendens ab equo, dabit aquam imperatori, uel regi Romanorum, manus abluendis. Comes palatinus tenet intrabitis similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas, cibis impletas, quarum quilibet tres marcas habeat in littera & descendens ab equo, portabit, & ponenter imperatorem, uel regem in mensa. Post hoc, rex Bohemiae archipinceretur, ueniat, similiter super equo, portans in manus mappam, seu ciphum argenteum ponderis duodecim marcarum coopertum, aqua & uino permixtum amplectens, & descendens de equo, ciphum ipsum imperatori, uel regi Romanorum porrigit ad bibendum. Sicut autem haec tenus obseruatum comperimus, ita statutus, ut peractis per principes electores seculares predictis ipsorum officiis, ille de Falkenstein subcamerarius, equum & pelues marchionis Brandenburgi, pro se recipiat, magister coquinæ de Nurenburgi, equum & scutellas comitis palatinus, vicepincerna de lymburch equum & ciphum regis Bohemiae, vice marshalcus de Papenheym, equum, baculum, & mensuram predictam ducis Saxonia. Si tamen ipsi in tali imperiali seu regali curia presentes existant, & eorum quilibet in officio suo minister, Si tero ipsi, uel aliqui eorum, a prefata curia se duxerunt absentandos, extunc, imperialis, uel regalis curia quotidiani ministri, vice absentium, puta, quilibet in loco eius absentis, cui in vocabulo, seu officio communicat, sicut gerit officium, sicut collat in premissis, & fructum, imperialis insuper mensa, uel regia sic debeat apari, ut ultra alias aule tabulas, sive mensas in altitudine ex pedum, fiscaliter eleuata, in qua praeter imperatorem duntaxat, uel regem Romanorum, die solennis curiae nemo penitus colloetur, Sedes uero, &

mensa imperatricis, sive reginae preparabitur a latere in aula, ita ipsa mensa, tribus pedibus imperiali, sive regali mensa in battior, & tertiodepedibus eminentior, supra pedes principum electorum, qui principes suas inter se in una eademq; altitudine sedes habebunt, & mensas infra sessionem imperiale, mensa pro septem principibus electoribus, ecclesiasticis, & secularibus parentur in tres, uidelicet, a dexteris, & tres alie a sinistris, & ieprima directe uerius faciem imperatoris, uel regis, sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine principum electorum, per nos, est clarius diffinitum, ita etiam si nullus alius, cuiuscunq; dignitatis, uel status existat, sedeat inter ipsas, uel ad mensas eorum. Non licet autem alii cum predictoribus secularium principum electorum, peracto offici sui debito, se locare ad mensas sibi paratas, donec alii suorum comprincipum electorum eius officium restat agendum, sed cum aliquis eorum, uel aliqui, ministerium suum expluerunt, ad preparatas sibi mensas transcat, & iuxta illas stando, expetent, donec ceteri ministeria sua expluerunt supra dicta, & tunc demum omnes, & singuli, pariter ad mensas sibi paratas se locabunt, Inuenimus etiam ex clarissimis relativis, & traditionibus antiquorum, illud a tempore cuius contrari iam non habetur memoria, per eos qui nos precesserunt, feliciter esse iugiter obseruatum, ut regis Romani, imperatoris futuri, in ciuitate Francforti celebratur electio, & prima coronatio aquisigni, & in opido Norenburgi, prima, seu regalis curia habetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris premissa feruari debere temporibus declarauimus, nisi premissis omnibus, seu coram aliqui impedimentum legitimum obuiaret. Quantumcunq; insuper aliquis princeps elector, ecclesiasticus, uel etiam secularis, iusto impedimento detentus, ad imperiale curiam vocatus, uire non ualens, nunciū, uel procuratorem cuiuscunq; statutus uel dignitatis transmiserit, missus ipse licet loco mittentis, iuxta datum sibi ab eo mandatum admitti debet, in mensa tamen, uel sede, que illi, qui ipsum transmisit, deputata fuerit, non sedebit, Preterea, consummatis his q; in imperiali qualibet curia, uel regali fuerint, pro tempore disponenda, recipiet magister curie pro se totum edificium, sive lignum apparatus, imperialis, sive regie sessionis, ubi se federit imperator, uel rex Romanorum, cum presentibus electoribus, ad celebrandas solennes curias, uel feuda, sicut premitur principibus conferenda.

De iuribus officialiis dum principes feeda ab imperatore vel rege Romanorum recipiunt.

Decernimus hoc imperiali editio, ut principes electores, ecclesiastici, uel seculares, diu feeda sua seu regalia, ab imperatore, uel rego recipiant, ad dandum uel solvendum aliquid, nulli penitus sint astrebiti, nam pecunia quetali preteritu officiatis debetur. Cui ergo ipsi principes electores cunctis imperialiis curiis p̄sint officiis, suos etiam habentes in officiis huiusmodi substitutos, datos ad hoc a Romanorum principibus, & dotatos, uidetur absurdum q; substituti officiales a suis superioribus quoctue questo colore exenia postularēt, nisi forte ipsi principes electores sponte & liberaliter his aliiquid largirentur. Porro ceteri principes imperii, ecclesiastici, uel secularres, dum predicto modo eorum aliquis feeda sua ab imperatore Romanorum suscipit, uel a rege, dabit officiibus imperialiis, sive regali curiae, sexaginta sex marcas, cui uno ferrone argenti, nisi eorum aliquis privilegio, seu indulto imperiali, uel regali, se ueri posset, & proba-

Bulla Pij pape. ij. de non appellando.

& probare se solutum, uel exemptum a talibus emptum.
aut euia alijs quibuscumq; que solui in susceptione feu-
dorū huiusmodi consueuerent, predictarum insuper se-
piuaginta trium marcarū, & fertonis, divisionē faciet
magister curie imperialis, siue regalis, hoc modo,
¶ Primo enim decem marcas pro semetipso reseruans,
dabit cancellario imperialis, siue regaliis cutiae, decem
marcas magistris, notariis, & doctoribus tres marcas,
& sigillatori pro cera & pergamo uno feronem,
ita uidelicit, q; cancellarius, & notarii, principis recipi-
enti feudum, non ad aliud, quam ad dandum sibi testi-
moniale recepti feudi, seu simplicis inuestiture litterā
sunt altricti. Item dabit magister curie pincernē delym-
burch, de prefata pecunia decem marcas, magistro co-
quinae de Norenberch decē marcas, uicemarschalco de
Papenheym, decē marcas, & camerario de Falkenstein
decem marcas. Tali tamen cū conditione, si ipsi & eorum
quilibet in huiusmodi curiae solemnitatibus presen-
tialiter absit in suis officijs ministrando. Si uero ipsi, uel
eorum aliqui absentes fuerint, extunc officiales imperia-
lis, siue regalis curiae, qui talibus presumo officijs, eorum
quorum supplet absentiam, singuli singulorum, sicut
uocem, nomenq; & laborē suffert, sic lucra & commo-
da reportabunt. Dum autem princeps aliquis, equo uel
alteri bestia infidēs, feuda sua ab imperatore recipit, uel
rege, equis ille, seu bestia cuiuscumq; speciei sit, debetur
superiori marschalco, id est duci Saxonie, si prefens ait
rit, alioquin illi de papenheym, eius uicemarschalco aut
illo absente imperialis, siue regalis curiae marschalco.
Cum sacri Romani celsitudo imperij, diuersarū natio-
num moribus, uita, & idiomate distinctorum linguis,
habeat gubernacula moderari, dignum est, & cunctorū
sapientum iudicis censeur expediens, q; electores prin-
cipes, ipsius imperij columnę, & latera, diuersorū ideo-
matum, & linguarum differentiis instruantur, ut piures
intelligant, & intelligentur a pluribus, qui plurimorum
necessitatibus relevandis, Cefarē sublimitati afflantur,
in partē sollicitudinis cōstituti. Quapropter statuimus,
ut illustrum principum, pura regis Bohemia, comitis
palatini reni, ducis Saxonie, & marchionis Brandenburgi,
electoribus, filiis, uel heredes, & successorebus, cū ueri
similiter rheutonicum ideoma sibi naturaliter inditum
scire prefumatur, & ab infantia didicisse, incipiendo a
septimo sue etatis Anno, in grammatica italica, ac fla-
tuca, linguis instruantur, ita, q; infra quartumdecimum
etatis annum exsistat in talibus iuxta datum sibi a deo
gratiam erudit, cum illud non solum utile, immo ex cau-
sis premisit summa necessarii habeatur, eo, q; illæ lin-
gue, ut plurimum ad tuis & necessitatēs sacri imperij
frequentari sint solite, & in his plus ardua ipsius imperij
negoia uentilentur. Hunc autem proficiendi modū in
premissis ponimus obseruandum, ut relinquant optio-
ni parentum in filios, i quos habuerint, seu proximos,
quos in principalibus sibi credit uerisimiliter successo-
ros, ad loca dirigant, in quibus de huiusmodi possint
linguas edoceri, uel in propriis dominibus pedagogos
instructores, & pueros cōficios in his peritos eis adiun-
gant, quorum conuersatione, pariter & doctrina in lin-
guis ipsi ualeant erudit.

Bulla Pij pape. iiij. de non appellando, ad futurum Concilium.

¶ Finis primi Tomi Conciliorum.



I V S E P I S C O P V .
seruus seruorū dei, ad fu-
turā rei memorā execra-
bilis, & pristinis tempori-
bus inauditus tempestate
nostra inoleuit abusus, ut
a Romano pontifice, le-
su Christi uicario, cui di-
cūm est in persona beati
Petri, Palce oues meas, &
quodcuq; ligaueris super
terram, erit ingatu, & in ce-
lo, nonnulli spū rebellioni imbuui, non senioris cupidi-
tate iudicij, cōmisi evasione peccati, ad futurū concilium
prouocare presumat, quod quantū sacrī canonibus ad-
ueretur, quantūq; reipublice christiana noxiū sit, qui uis
non ignarus iurum intelligere potest, namq; ut alia pre-
teremus, que huius corrupcioē mansuetissime refragauit
quis nō illud ridiculū iudicauerit, quod ad id appellatur
quod nūc est, neq; scitur quando futurū sit, pauperes
a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanēt in
punita scelerā, nutrit aduersus primā sedē rebellio, liber-
tas delinqūē cōceditur, & oīs ecclesiastica disciplina,
& hierarchicus ordo cōfunditur. Volentes igitur hoc pe-
nitentiū uitio a Christi ecclēsia procul pellere, & ouī nō
bis cōmisariū salutē consulere, omnēq; materiā scandali
ab ouī nōlī saluatoris arcere, de uenerabilē fraude nō
sitiorū lancea Romanae ecclēsiae cardinalium, cōncorūq;
prelatorū, ac diuini, & humani iuris interpretū curiā fe-
quentium concilio, & assentū, ac ex certa nostra scientia
huiusmodi provocatiōnē introductionē damnamus,
& tanq; erroneas, ac detestabiles reprobaamus, cassantes
& penitus annulantib; si qua haec tenus taliter interpolati
reperiantur, easq; tanq; inanēs, ac pestiferas, nullius
momenti decernimus, ac declaramus, precipientes,
ut deinceps nemo audeat quo quis questo colore, ab ordi-
nationibus, sententiis, siue mandatis quibuscumq; no-
stris, ac successoriū nostrorū talem appellatiōnē interpo-
nere, aut interpositē per alium adherere, seu ea quomodo
libet uti. Si quis autem contrafecerit, a die publicationis
presentium in cancellaria apostolica, post duos menses,
curiū status, gradus, ordinis, uel cōditionis fuerit,
etiam si imperiali, regali, uel pontificali prefulget digni-
tate, ipso sententiā exeatrationis incurat, a qua nisi per
Romanū pontificem, & in mortis articulo absoluto non
possit, uniuersitas uero, siue collegiū ecclēsiae substa-
cea interdicto. Etnhi hominū tam collegia, & uniuersi-
tates, q; predicē & alijs quecumq; personæ, eas poenas
ac censuras incurat, quasrei maiestatis, & hereticis pra-
uitatis fautores incurerū dinoſuntur, tabelliones insup-
ac telles qui huiusmodi actibus interfuerint, & genera-
liter qui scienter conciliū auxiliū dederint, uel fauorem
taliter appellauit, pari poena plectantur. Nulli ergo
omnino hominū liceat, hāc paginā nostrorū uoluntatis,
dānatiōis, reprobatōis, callatiōis, annulationis, decre-
ti, declarationis, & mandati infringere, uel ei auſu tem-
ratio contrarie. Si quis autem hoc attentare perempterit,
indignationē omnipotentis dei, & beatorū Petri Pauli
apostolorū, etiū se nouerū incurſurū. Datū Mantua, An-
no incarnationis dominicae, Milleſimo, quadringentesimo
quinq; uagemono, quintodecimo kalendas fe-
bruarii, pontificatus nostri, Anno secundo.